

et servos iniuste distringendos aut ullas redibitiones vel inlicitas occasiones requirendas ullo umquam tempore ingredi audeat vel exactare præsumat. Quicquid autem de rebus praefatę ecclesiae fiscus sperare poterat, totum nos pro divino amore concedimus, ut perennibus temporibus in alimonia pauperum et stipendia servorum dei ibidem deo famulantium proficiat in augmentum, quatenus ipsis servis dei, qui ibi deo famulari videntur, pro nobis et coniuge proleque nostra et stabilitate totius imperii nostri a deo nobis concessi atque conservandi iugiter domini misericordiam exorare delectet. Praedictam vero abbatiam illius circumquaque per diversos págos sitam nemo fidelium nostrorum ei exinde aliquid abstrahere aut prohibere praesumat; quin ei liceat per hanc nostram auctoritatem verbum prædicationis domino auxiliante exercere et ministerium suum pleniter peragere. Et ut haec auctoritas nostris futurisque temporibus domino protegente valeat inconvulsa manere, manu propria subscripsimus et anuli nostri impressione signari iussimus.

✕ Signum (MF.) Hludouici serenissimi imperatoris. ✕

(C.) ✕ Durandus diaconus advicem Helisachar recognovi. ✕
(SR. NT.) (SI. D.)

Data ⟨V⟩ non. Septemb.¹ anno imperii nostri VIII, indictione XII; actum Aquisgrani palatio regio; in dei nomine feliciter amen.

3. *Ludwig der Fromme und Lothar I. schenken dem Kloster Korvey die Kapelle in der Feste Eresburg mit Besitz und Hörigen.*
Ingelheim 826 Juni 20.

Kopialbuch aus der Mitte des 10. Jh. p. 280 (B) im Staatsarchiv zu Münster. — Kopialbuch aus der Mitte des 15. Jh. p. 135 (C) ebenda. — Chartular des 17. Jh. p. 22 (D) ebenda. — M.² 830.

In nomine^a domini dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hludouicus^b et Hlotharius^c divina ordinante providentia imperatores augusti. Omnibus fidelibus sanctę dei ecclesię et nostris præsentibus scilicet et futuris notum sit, quia nos pro divini cultus amore et animę nostrę remedio quoddam monasterium quod^d Noua Corbeia^d vocatur in honore^e beati Stephani protomartyris^f infra Saxo-

^a) C schiebt hier sancte ein. B führt hier fort: sanctę et individue trinitatis

^b) Kludovicus C

^c) Hlodharius B, Lotharius C, Hlotharius D

^d) quod nomine Nova Corbeya C

^e) honorem BD

^f) in B

¹) STENGEL a. a. O. S. 22 N. 1 hält mit Recht Beeinflussung auch der Datierungsformel durch die Vorlage für wahrscheinlich.